



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. Vnicus, de peccatis Coquorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS XXV.

De Coquis.

Articulus Vnicus.

De peccatis Coquorum.

1. **C**oci peccant indirecte, si in condimento Ciborum, omnis frugalitatis & temperantiæ humanae modos excedant; sive ille modus in excessu pretii & impensarum prodigarum: sive in incentivo gravi carnis & appetitus aut concupiscentiæ carnalis consistat. Sicut enim homines, qui eis utuntur, in gravissima peccata prodigalitatis, gulæ, intemperantiæ, & carnalitatem incidunt, sic Coci, qui illa præparant, tanquam peccatorum gravissimorum Ministri, in statu damnationis vivunt, peccatis multis mortalibus irretiti.

2. Peccant ex indirecto, qui cibos ita alterant, ut sæpe sanitati hominis noceant, ex ignorantia quidem condimentorum, quæ sanitatis venena sunt, quorum tamen rationem ex vi artis suæ habere tenentur.

TITV-